



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 147. Augustini de Roma propositiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. *de Christo integro.* In secunda, de Christo tanquam capite, & de inclyto eius Principatu. Tertiam inscripsit de charitate Christi erga electos, ejusque infinito amore. In hac sua lucubratione naturam humanam cum divinitate tam recto inter se nexu conjunctam fuisse docet, ut quædam proferret, in quibus solæ Divinitati propria humanæ etiam naturæ attribuisse videretur.

§. CXLVII.

Augustini de Roma propositiones.

I. *Christus quotidie peccat, & ex quo factus est Christus, quotidie peccavit.* Quod est quidem non de ipsa Christi Domini Persona intellexit, sed de ejus membris, quæ cum Christo Capite, unum Christum esse asseruit.

II. *Non omnes fideles justificati, sunt membra Christi, sed soli electi, finaliter in perpetuum regnaturi cum Christo.*

Collect. Conc.
tom. 12.
p. 556.

III. *Secundum ineffabilem præscientiam Dei sumuntur membra Christi, ex quibus constat Ecclesia, quæ tamen non constat, nisi ex eis, qui secundum propositum electionis vocati sunt.*

IV. *Non sufficit Christo uniri vinculo charitatis, ut aliqui efficiantur membra Christi, sed requiritur alia unio.*

V. *Humana*

V. *Humana natura in Christo, vere est* *saecul. XV.*
Christus: Natura humana in Christo est A. C. 1435.
persona Christi: Ratio suppositalis determi-
nans humanam naturam in Christo, non
realiter distinguitur ab ipsa natura deter-
minata.

VI. *Natura humana assumpta a Verbo*
ex unione personali, est veraciter Deus natu-
ralis & proprius.

VII. *Christus secundum voluntatem crea-*
tam, tantum diligit naturam humanam u-
nitam personae Verbi, quantum diligit na-
turam divinam.

VIII. *Sicut duae Personae in divinis sunt*
aequaliter diligibiles, ita duae naturae in
Christo, humana & divina, sunt aequali-
ter diligibiles propter personam commu-
nem.

IX. *Anima Christi videt Deum tam cla-*
re & intense, quantum clare, & intense
Deus videt seipsum.

§. CXLVIII.

Haec propositiones a Basileensi Synodo
damnatae.

Omnes haec propositiones, pluresque
 alias ex eadem radice pullulantes, *Trithem. &*
 atque in praedicto libro contentas Syno- *Bellarmin. de*
 dus tanquam erroneas in fide damnat, u- *script. Ec-*
 nacum ipso libro, ex quo decerptae erant, *clesiast.*
 necnon, cum omnibus tractatibus, quos
 O 4 Auctor